



**R.P. Valerii Reginaldi Bvrgvndi Seqvani E Societ: Iesv,
Praxis Fori Poenitentialis**

Ad Directionem Confessarii, In Vsv Sacri sui muneris ...

Regnault, Valère

Mogvntiæ, 1617

Cap. 1. De natura Sacramentalis Confessionis,

[urn:nbn:de:hbz:466:1-78322](#)

78. *croſſantia Euchariftia ſumptionem, per uſitatem illam formulam verborum, Confiteor Deo omnipotenti, &c. Agitur ergo de confessione, qua sit Sacerdoti locum Dei tenenti, Eccleſia, claves, seu iurisdictionem ſufficientem habenti, ac confando ſe diſtincte de omnibus peccatis propriis. Hec enim eſt que sacramentalis dicitur. Atque cognoscenda pro præceptis nobis proposita, completemur quinque capitibus: quorum primum erit de ipsius natura. Secundum de neceſſitate ſeu obligatione ipſam faciēti. Ter- tium de conditionib. quas ad ſuam perfectionem requiri. Quartum de iis de quib. facienda eſt. Quintum de iis per quae redditur inutilia, ſeu inefficax ad sacramentum penitentia conſtituendum.*

CAPVT I.

Denatura sacramentalis confessionis.

S V M M A R I V M.

1. Definitio confessionis sacramentalis.
2. Confessio in ſorextero facta, etiā proprio Sacerdoti, non eſt sacramentalis.
3. Ne item facta in ſore interno, ſi ſit hypothetica, aut excusatio, aut iudicativa.
4. Aut nuda narratio, aut negatio peccatorum, vel falſa eorum exag- geratio, aut narratio ſuorum honorum operum.
5. Confessio facta abſenti non eſt ſufficiens ad obtinendam sacramen- talē absolutionem.
6. Non eſt confessio sacramentalis, quaſit non Sacerdoti aut non habentium ſuptionem.
7. Nec que ſit ad alium finem, quam ad obtinendam absolutionem, nec denum generalis conſuetudo fieri per ſola verba Confiteor Deo, &c.

A explicatione naturæ confessionis sacramentalis, quatuor definitiones adferuntur à Paludin 4. diſtri. 17. quælibet. 2. articul. primo. Nobis autem vna ha- ſuficit, qua dicitur actus penitentis exterius, quo in conſientiā ſoro accuſat ſe de ſuis peccatis coram proprio Sacerdote, ut sacramentaliter ab eis abſoluatur. Cuius definitionis prima pars, *actus penitentis exterius*, indicat illum non conſitteri, qui in mobilis manens, nullam actum extēnum verbo, vel nutu, vel alio ſimili ſigno exercet: neque abſoluendum eſſe: ob defectum ſcilicet materiæ ſenſibilis ad sacramentum neceſſariae, iuxta illud quod sacramentum dicitur, inuifibilis gratiæ viſibilis forma. Cap. Sacrifitium, De confec- diſtri. 2.

Secunda pars, *quo in conſientiā ſoro accuſat ſe de ſuis peccatis*, excludit eas confessiones quaſt fiunt in ſoro extēno coram iudicibus, etiamſi fuerint Ecclesiastici ac proprieſi Sacerdotes. Præterea corrigit abuſum quorūdā, qui ut aliquid proprio peccatum dergant, multa ſimilaliorum peccata imperiſtenteſi narrant: viri, uxorum, uxores, virorum; ſerui, dominorum; alijs, aliorum; qua omnino tacenda ſunt, quando propria (quorum tantum & non alienorum mani- ſtatiua debet eſſe confessio sacramentalis) poſſunt ſine illis ſufficienter aperiri. Ad huc denotat non quemlibet actum extēnum penitentis eſſe confessionem sacramentalē, ſicut nec quilibet eſt talis, qualem proposita definitionis verba declarant; adeoque nullam ſequentium confesſionum, habere confessionis sacramentalis naturam: ita ut illis sacramentalē abſolutionem ſuperaddere, fit facilegiū.

Prima eſt hypothetica illa, qua Sacerdote p̄eante & interrogante, ſi hoc vel illud feceris, nonne petis veniam à Deo? Penitens responderet. Ita Domine. Etenim talis non eſt accuſatio ſuoi de propriis, neque maniſtatiō alicuius abſolute de reſtationis illorum, per quam ſufficienter conſtat perit ad eſſe maceriam abſolutionis, ne cam teneat impen- dendo, ſacrilegium committatur. Secunda eſt, excusatio qua nonnulli culpm suorum peccatorum transferunt aut in naturam ſuam, aut (quod eſt genus blasphemie) in Deum quiaſca ſauantem peccandi neceſſitatem, iniungendo nimis ardua, aut in Dæmonem: aut in fortunam, vel ſatum alliamve cauam ſimilem. Qui manifeſtē ex eo arguantur, quod cer-

tiffimum ſit nullum eſſe homini peccatum, excepto origi- nali, quia libet a ipſius voluntate perpetratur. Tertia eſt, iac- tanta & oſtentatio peccatorum ſuorum, qualis contingere po- eſt quibusdam perditis, qui latentur cum male fece- rent, & exultant in rebus peccatis.] prout habeat Proverb. cap. 2. Cum deberent culpm ſuam humiliter agnoscere, ac cum Dauid à Nathan prophetā reprehēti. Reg. 12. dicere, Peccaui Domino.]

Quarta eſt, nuda narratio peccatorum abſque villa in- tertiō contritione, aut cum prolixa terum impertinentium commemoratione, & inuili verborum multiplicatione; eō ſpectante ut peccata qua aperienda ſunt, certa ratione regantur. Nam talis confessio, non eſt vera accusatio, ſed rhetorica quædam excusatio. Quod ſi ad perfeſtam peccati cognitionem, opus ſit historiam narrare, bonum quidem eſt id facere, & fieri debet: ſed ſolum quæ ſunt ad talem finem neceſſaria, refere oportet. Quinta eſt, negatio peccatorum qualis contingit quibusdam ignorariſtis dicentibus: Nihil male feci, non ſum furatus, non fornicatus, &c. Sexta eſt, enumera- rationis bonorum operum: qualis fit a dicentibus: Audiua- crum omnibus diebus festis, et in una Quadragesimam, de die elemosynas, & ſimilia, imitatione Pharisæi orantis Luc. 18. Septima eſt nimia exaggeratio & ſalfa impositio peccatorum, qua penitens ipſe non fecerit: qualis contingit le- genti ex aliquo libro formulat confessionis, non habita ratione quorum ſit ſibi conſclusus, aut non ſit. De quibus omni- bus debet Confessorius ſolicite penitentem ſuum instrue- re, cum aduertetur ipſius in eis delinquere.

Tertia definitionis pars, contenta illis verbis, coram Sacer- dote proprio, excludit primò per verbum coram, confessiones fa- cias abſenti per literas aut internuntium: Quas non eſt ſu- ficientes ad obtinendam abſolutionem sacramentalē communis ſententia eſt, quam Nauarr. ad cap. Fratres, De pen- diſtri. 5. num. 94. conſtructum ex cap. Quem panit. Depen- diſtri. 1. per illa verba: Præcepit Dominus mundandis, ut oſtenderent ora Sacerdotibus, docens corporali p̄eſentia, conſitenda peccata, non per nuntium, non per ſcripturam maniſtanda.] Tum ex eo, quod abſolutionis forma, qua- habet Abſolū te, p̄eſupponat abſoluendum p̄eſentem eſ- ſe. Tum de num ex eo, quod sacramenta omnia personæ propriæ concuſsum exigunt cum ſuſcipiuntur, excep- to matrimonio, quod per procuratorem contrahi potest ex cap. Fi- nali De procuratibus in ſexto. Accedit quod nouillim a ſummo Pontifice Clemente VIII. tanquam erronea datata ſit propositio, qua aſſertit licet per literas: ſeu internuntium peccata propria Confessario abſenti sacramentaliter conſitenti, & ab eo item abſente abſolutionem obli- nere.

Excludit ſecondo, per verbum Sacerdote: confessiones fa- cias laico, auraliter non Sacerdoti: quas non eſt sacramentales pater ex Concil. Trid. ſeff. 14. c. 6. & Can. 10. vbi definitur ſolos Sacerdotis eſſe abſolutionis sacramentalis Ministris. Nam fine abſolutione, sacramentum penitentia eſſe nequit: cum illa ſit eius forma eſſentialis.

Excludit tertio, per verbum Proprio, factas Sacerdoti non habeat iurisdictionem; quas etiam non eſt sacramentales, intelligitur ex eodem Concil. in ſequenti cap. 7. Vbi defini- tur nullus momentum eam abſolutionem eſſe, quam Sacer- dos in eum proferit, in quem ordinariam aut delegaram non habet iurisdictionem.

Postrema dēnique pars definitionis, vt ab illis sacramen- taliter abſolutuar, excludit confessiones, quaſt fiunt in alium finem (vt ad habentiam conſolationis vel conſilium à Con- fessorio) quam ad obtinendam abſolutionem. Nam tales non ſunt sacramentales: quandoquidem ſecluſa abſolutione nullum datur penitentiā sacramentum. Excludit item ge-nerale in confessionem, cuius formula Confiteor communiter no- minatur, a voce, a qua incepit, etiamſi fiat proprio Sacerdoti, vt ſelet à populo ante Euchariftia ſumptuonem. Nam neq; laicuſſe sacramentalem, ex eo conſtat quod inuita Concil. Triden. ſeff. 14. cap. 5. Confessio sacramentalis, ad obtinendam ſu- per ea abſolutionem de peccatis in ſoro penitentiā, requi- rat ut Penitens, non in genere duntaxat, ſed in ſpecie ac ſigillatim ſua ipſe peccata declarat. Per illam autem confesſionem peccata declarantur ſolum in genere; ideoque abſolu-

tio ei addenda non est; sed solum deprecationis, perilla verba
Misericordia tua, &c. ac illa, Indulgentiam & absolutionem
peccatorum tuorum, &c.

CAPUT SECUNDUM.

*De necessitate, obligationeve faciendi Sacramentali
Confessionem.*

His proposito nobis proposito, consideranda occurunt;
primò, præceptum, quo talis necessitas seu obligatio
imponitur. Secundò, modus quo imponitur. Tertio,
tempus pro quo imponitur. Quartò, persona quibus im-
ponitur. Quintò, requisita ad satisfaciendum eadem ob-
ligationi.

PRIMA PARS CAPITIS.

*De præcepto, quo imposta est obligatio faciendi confes-
sionem Sacramentali.*

S V M M A R I V M.

8. *Sacramentali confessionem à Christo institutam & ad salutem
necessariam esse tenendum est fidei.*

8. *Ratiōne rei.*

10. *Præceptum Ecclesiasticum de confessione annua, non est diuersum à
diuino de facienda confessione, sed tantum illius determinatio quo-
ad tempus.*

11. *Cui ab Ecclesia facta sit talis determinatio.*

12. *Non facit Ecclesia contra officium pie maris, dum gravibus penit-
is impositis, compellit ad confessionem annuelam.*

13. *Talis compulso grata esse debet fidelis habenti peccatum morta-
le.*

14. *Quae sub anathemate à Concil. Trident. de Sacramentali confes-
sione prohibeantur negari.*

Hæc nos tempora (contra quos differunt co-
piosè Bellarm. toto libro 3. De penitent. in tom. 2. con-
troueristarum, & Gregorius à Valent. in D. Thomam tom.
4. in disput. 7. quæst. 9. punto secundo) negant nullum esse
præceptum diuinum confiendi Sacramentaliter: ideoque
vñiatam in Ecclesia confessionem Sacramentalem, nihil ne-
cessarium esse ad salutem; humanumque tantummodo in-
uentum esse.

8. *Fides vero Catholica est, ex definitione Concil. Trident.
sej. 14. cap. 5. & can. 6. 7. & 8. Sacramentali confessionem in-
stitutam esse à Christo, & de iure diuino ad salutem conse-
quendam necessariam ei, qui post Baptismum in peccatum
mortale lapsus est.] Quam fidei Concilium in citato cap. 5.
stabilit per illud Ioan. 20. Quorum remisitis peccata remit-
tuntur eis: & quorum retinueritis retentia sunt.] Per quod
Dominus noster Iesus Christus (vt concilij verbis vtar) & ter-
ris ascensurus ad caelos, Sacerdotes suis ipsius Vicarios reli-
quit, tanquam Præsidios, & Iudices, ad quos omnia mortalia
crimina deferantur, in que Christi fideles post baptismū ce-
ciderint, quod, per potestatem clauium remissionis aut rete-
nitionis peccatorum sententiam pronuntient. Constat autem
Sacerdotes huiusmodi iudicium prudenter exercere nō posse
incognitā causā; nec æquitatem in Penitentiis iniungendis seruare, si Penitentes in genere duntaxat & non potius
in specie ac signatim sua peccata ipsi declarant. Consequē-
ter igitur constabat fideles, ex Christi institutione teneri con-
fessionem Sacramentali facere de omnibus peccatis mor-
talibus, que post factam diligentem sui dilectionem inueni-
erint grauare suam conscientiam, vt eorum remissionem
obtinere, & æternam salutem consequi valent. Itudique est,
quod aduersus hæreticos pluribus adstrinxunt, tum memorati
Authores, tum alii, quos citat Couart. ad cap. Alma mater;
De sentent. excommunic. in sexto par. prior. §. 1. num. 6.*

9. *Ad nostrum autem institutum sufficit constitutum habe-
re, quod Christus Dominus ante propotis verbis ex 20.
cap. D. Ioan. non solum dederit discipulis, & ipsorum successori-
bus, potestarem absoluendi fideles à peccatis: sed etiam fidelibus ipsi necessitatē imposuerit eadem peccata
illis confiendi, perinde ac si Princeps aliquem professe gubernato-
rem mitteret in remotam religionem, ei dicat. Quid-
quid illi statueris de causa ad me referendis, ratum habebo;
censeretur eo ipso, hominibus illius prouinciae necessi-*

tatem imponere: vt quid illis habuerint ab ipso defi-
niende, debeant referri ad talem gubernatorem, cui suas vi-
ces & autoritatem delegavit. Ad confirmationē facit argumen-
tum à simili: quod mandatum Apostolis datum de do-
cendis & baptizandis omnibus gentibus Matt. v. 16. adstringat
omnes gentes ad audiendum Dei verbum, & baptisum fu-
scipientium.

De peccato Ecclesiastico determinante diuinum, de facienda Sacra-
mental confitente.

E 10. Iautem præcepto diuino accessit (datum in cap. Omnes &
triuque sexus. Dependent, & remissi refertur, ex Concilio La-
teranensi) Ecclesiastico præceptum non tanquam ab illo di-
uersum, sed tanquam eius determinatio quod tempus.

Namque datur de Sacramentali à Christo instituta cōfes-
sione omnium peccatorum facienda semel in anno, ab omni
vtriusque sexu fidelis, qui ad annos discretionis peruenit.]
Quo sit vt illud transgredivi omittendo semel in anno cō-
fiteri, vnum tantum peccatum cōmittere censeatur; tanquam
vnius solammodo præcepti transgressor. Eadem enim est
substantia præcepti modificari, & modificantis; cum modifi-
cans præsupponat substantiam rei per modificatum præ-
cepta, tantumque addat circumstantiam, modumve aliquem
seruandum in illius adimplitione. Quia ergo Christus dans
confiendi præceptum non assignauit tempus, sed illud reli-
quit Ecclesiæ determinandum: hec (vt haber Concil. Tridet.
sub finem cit. cap. 5.) non statur, vt Christi fideles conficerentur
quod iure diuino nec essiarum & institutum esse intellexerent:
sed vt præceptum confessionis saltet semel in anno, ab omni-
bus & singulis fidelibus, cum ad annos discretionis per-
uenissent, implerentur.

Ratio autem quæ mouit Ecclesiæ vt hanc determinatio-
nem faciat sub granissima pena (vt scilicet transgredivi-
ent, viuas ab ingressu Ecclesiæ arceantur, & mortuis Ecclesiastica
carcerat se pultura) fuit non quidem periculum oblitoris pec-
catorum, vt aliqui senserunt; sed, vt alijs existimat, ut (vñ
que commemorat Azor. in 1. par. Inst. mor. lib. 7. cap. 29. qu.
8.) vt tam necessariis & salutariis vñ confessionis confer-
ueretur & frequentius usurparetur à fidelibus.

Occurrentum est ve: ð hæretici talis determinationē,
vt nimis rigidam fugillantibus, eo quod servitia coacta Deo
non placeant, iuxta illud D. Pauli in 2. ad Corinth. 1. 9. hilarem
datorem diligit Deus.] Occurrentum est inquam: legem iā
quam pedagogum terrere malè volentem, per eamque id
præstari, quod significatur per illud Psl. 31. In camo & fræno
maxillas eorum constringe, qui non ad proximant ad te: &
illud Lu 14. Exi in vias & lepes, & compelle intrare ut imple-
atur domus mea discubentium. Et certè rigidus non est, sed
imitatione Patris coelestis misericors, qui prodigo fame per-
eunti & porcos pacienti author est, vt ad patrem redeat: aut
qui vulneribus coniectum & semiuium relatum imponit
inumentum ut perducat ad stabulum ubi curetur: aut qui ou-
uem in deserto errantem imponit in humeros vt in loco
constituant. Par ergoratione nec Ecclesia confenda est ri-
gida, si fideles suæ curæ commissos cernunt per peccatum
diuinæ gratia spoliatos, ab æterna salute abalienatos, & præ-
dæ diabolis expostos compellat: tantorum malorum cape-
scere remedium à Christo misericorditer concessum.

In quo tantum inest momentum ad vitam ex pietate Chri-
stiana agendum, vt dubium non sit, quin talis compulso, mil-
itiam Christi profundi, maximè grata esse debeat: vt pote
quinequif sine Dei gratia certare: sine meritis coronam ac-
cipere: sine spirituali robore ad finem vñque cerramini, ho-
bilius oblistere: nec capitius triumphum victor agere. Quam
etiam ob causam misericordie potius quam rigor tribu-
endum est, quod Concil. Trident. anathematizat primò, in
supramemorato can. 6.

Eum qui negauerit confessionem Sacramentali vel in-
stitutam, vel ad salutem necessariam esse iure diuino, vel qui
dixerit modum secretæ confiendi in Ecclesia semper ob-
seruatum, alienum esse ab institutione, & mandato
Christi, inventum que esse humanum.] Item in Can. 7. Eum
qui dixerit necessarium non esse diuino iure ad peccato-
rum remissionem omnia & singula mortalia confiri quo-
rum memoria: cum debitâ & diligenti præmeditatione
hebeatur, etiamsi occulta sint: vt qñ solo voluntatis
con-